(... criminale)

Pudłowski Stanisław: Quaestio de procurat

ribus in criminalibus iudiciis.

~~2661 Laue~~

QVÆSTIO
DE
PROCVRATORIBVS
In criminalibus Iudicijs.

Ad c. 1. de Iudic. in Sexto. iun. l. tunc conuenit. C. de Accusat.

A

M. STANISLAO PVDŁOWSKI, Nouorũ Iurium Professore, & Colleg. DD. Iurisconsultorum Collega,
Proposita ad Disputandum.

In eiusdem Collegij DD. Iurisconsultorum Lectorio Die 3 Augusti, Horâ antemeridianâ.
Anno M. DC. XXXIV.

CRACOVIÆ,
In Officinâ Matthiæ Andreouiensis.



Sub feliciſſimis auſpicijs Magnifici & Clariſſimi Domini, D. CHRISTOPHORI NAYMANOWICZ, Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, & Ordinarij Profeſſoris, Studij Vniuerſitatis Cracouienſis Generalis

RECTORIS.

QVÆSTIO

Ad c. 1. de Iudic. in Sexto. iun. l. tunc conuenit. C. de accusat.

Vtrum in Iudicijs Publicorũ priuatorumq́; delictorum, & in ijs, pro quibus pœna arbitrio Iudicis imponenda venit, Procurator pro Accusatore, ad prosequendum, & pro Reo, ad defendendum, interuenire debeat, nec ne?

CONCLVSIO I.

In Criminibus publici Iudicij prosequẽdis, ac de-

ac defendendis, frustra Procuratores interueniunt.

COROLLARIA.

1. *In Iudicijs Publicis, parte non opponente contra Procuratorem, adhuc Iudex ex officio procedens, eum remouere debet.*

2. *Illustribus, & Præpotentibus viris Iura non suffragantur; vt in Publicis Iudicijs, per Procuratores, non per se, compareant.*

3. *Delinquens vniuersitas ordinariè debet sese tueri, in Iudicio Criminali, per Syndicum.*

4. *Quando Reus præsens est in Iudicio Criminali, potest ei Procurator assistere, & illius nomine Exceptiones, Capitula, & alias defensiones, producere.*

5. *Excusator, ad dandas causas legitimas absentiæ, in Criminali Iudicio, pro Reo admitti, & audiri debet,*

CONCLVSIO II.

In causis delictorum Priuatorum, pro quibus,

bus Pœna pecuniaria, non corporis afflictiua, imponitur, Procurator pro Accusatore, vel Reo, interuenire non prohibetur.

COROLLARIA.

1. *Quælibet Pœna corporalis, maior est, quâcunque Pœnâ pecuniariâ.*

2. *Quandocunque Iure communi Pœna corporis afflictiua, pro Crimine imposita, statuto vertitur in pecuniariã principaliter; Procurator non prohibetur defendere.*

3. *Quando Pœna pecuniaria in corporalem per accidens vertitur; scilicet quia aliquis Pœnam pecuniariam soluere non valens, punitur in corpore, nihilominus per Procuratorem sese defendere permittitur.*

4. *In quibus casibus Procurator pro Reo Criminoso admittitur, mandatum specialissimum exhibere tenetur.*

5. *Si alicuius Criminis Pœna ab initio incerta, pendente Iudicio certa ex euentu redditur,*

quod

quod ſit corporalis, Procurator in eo Iudicio non admittitur.

CONCLVSIO III.

Iudex in cauſis delictorum, ad Pœnam arbitrio ſuo reſeruatam procedens, eodem arbitrio, regulato tamen, pro qualitate cauſæ, vtitur, in admittendo, vel reijciendo Procuratore.

COROLLARIA.

1. *Falſa eſt opinio eorum, qui in cauſis delictorum, omnes Pœnas, arbitrarias eſſe, temerè aſſerunt.*

2. *Judex arbitrium habens, in cauſis Criminalibus, pro qualitate delicti, Pœnas exaſperare, & mitigare poteſt.*

3. *Judici in cauſis Criminum arbitrarijs admittenti, vel reijcienti Procuratorem, ante definitiuam ſententiam, nulla neceſſitas imponitur; quominus, pro exigentia negotij, Principalem*

compa-

comparere iubeat.

4. Quamuis Reus mandatum speciale Procuratori dederit, ad sic, & non aliter respondendum, in causa delicti; potest tamen Iudex adhuc Reum compellere, ut per se, & non per Procuratorem, respondeat.

5. Quando pœna arbitrio Accusatoris ob delictum imponenda venit, an Procurator admitti debeat, nec ne, dubium resoluetur; ex petitione Accusatoris, ad Pœnam corporalem, vel pecuniariam, agere volentis.